Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



a facie dni omnis
terrae 7
Adnuntiauerunt ce
li iustitiam eius •
Et uiderunt omnes
populi gloriam eius 7
Confundantur om
nes qui adorant
sculptilia • qui glo
riantur in simula
cris suis 7
Adorate eum om
nes angeli eius •
audiuit et letata
est sion 7
Et exultauerunt fi
liae iudae • propter
iudicia tua dne 7
Quo tu dns altissi
mus super om
nem terram • ni
mis exaltatus es su
per omnes deos 7
Qui diligitis dnm
odite malum • cus
todit dns animas
scorum suorum •
de manu peccatorum
liberabit eos 7

sceculi · uel pagani · seu heretici · qui diuinum eligunt subire seruitium 7

Increpat hic cultores idolorum, idolum dictum est · quod ipsum sit dolum · id est hominum falsitate repertum, simulacrum · a simulatione sacra conpositum · eo quod illis detur honor alienus 7

Filiae iudae significant religiosas mentes · probatasq· personas, quae ideo filiae iudae dicuntur · quo xpo confiteri et credere maluerunt, propter iudicia · id est quia tristitiam seruorum tuorum · conuertis in gaudium 7

Hic ad bonos alloquitur et fideles · ut a malitia diaboli segregentur, ipse enim iure dr malus · p quem uenit omne malum, et nequis diabolum timuisset offendere, sequit, custodit dns animas scorum, liberat eos de manu peccatorum · quando eas non sinit aliqua praauitate subuerti 7

Caeli · apostoli · uel praedicatores · quorum scis praedicationibus · iustitia di innotuit mundo, uiderunt hic · non carnalibus oculis · sed cordis lumine debemus accipere, gloria enim audiri · non uideri solet 7

Bonus enim angelus · adorat dm · quia recto corde suum cognoscit auctorem, audiuit sion · id est ecclesia catholica · quia puro corde iudicia dni percepit 7

Terra hic peccatores, Deos · iustos homines debemus aduertere, per haec enim duo significat xpm · et terrenis creaturis · et caelestibus imperare 7